Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Mombritius, Boninus

[Sanctuarium]

Bd.: [2]

[Mailand] [ca. 1477/78]

2 Inc.s.a. 888-2
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00067879-9
BSB-Ink M-556 - GW M25213

cunda gauderet : iam a uicinis locis multi-
tudo fideliũ cõcurreret : In ſextodecimo
itaqꝫ a ciuitate lapide : ꝓpter longinquita-
tem populorum : eccleſiam dñi ꝓpriis re-
bus credidit inſtruendã : ad cuius ſãcta ſol
lemnia celebranda ipſe cũ multitudie po-
puli ad ciuitatẽ ꝓperans : ad quẽdam fluui
um : cui Sanctio nomen ẽ ꝑueniũt : q enor
mitate pluuiæ ac niuis reſolutiõe tumeſcẽs
deuotam deo plebẽ ad opus deſyderatum
accedere minime ꝑmittebat. Tũc beatiſſi-
mus paſtor & cũ omni ueneratione colen-
dus conuerſus ad populũ hæc conſolatiõis
uerba depromſit: Aequo aio eſtote filioli:
qm̃ dñs noſter hodie fidei uſæ patefaciet
uias : & cũ uos ad deſyderata ꝑduxerit lo-
ca : paganis confuſionẽ nõ minimã gene-
rabit. Aut qñ illa inclyta diuinitatis dexte
ra ſine uirtutibus ac mirabilibus conſiſte-
re põt : in qua uniuerſæ uirtutes manere
noſcunt ? Si eni indiſſolubiles marini flu-
ctus Moyſe duce aberant : ut pedes ſan-
ctorũ puluerulentã uiam ac lutis peregri-
nam calcarent : ſaxa ꝑfundi, e contra ini-
micam pelago gẽtẽ demerſam. populum iu
ſtitiæ parẽ : ac æquitatis conſortẽ cũ dignia
laudibus ſuis & ꝑconio liberauerit. Cur no
ſtris nõ ꝓpicietur meritis : & ignoſcat pec
catis : & nobis mare iſtiũs ſæculi gradien
tibus fluminis huius impedimẽtũ aperiat?
Cum hæc fuiſſet affat' eleuata dextra ue
xillum crucis extendẽs audiẽtibus cunctis
his uocibus aures diuinas : nota iam ſibi ſe
curitate pulſare nõ deſinit : Dñe Ieſu chri
ſte fili dei uiui q ſuper creaturã aquã pla-
netis nõ diffidentibus ambulaſti : quiqꝫ apo
ſtolũ tuũ appræhenſa dextra ſuper ſolidos
latices ſuſtentans : ne qd poſſe fidẽ ſuſten
tare ꝑſuades : ad cuius imperiũ aquæ ori-
ginẽ ꝓpriã oblite in uini ſe ſaporẽ cõuerte
runt : aperiat nunc nobis : qs de iuicta tua
dextera uiam atqꝫ fluminis huius poſt nos
reuocans curſum ſiccũ nobis iter adire con
cede : qa tibi inqt ſoli deo eſt honor & glo
ria uirtus & iperium in ſæcula ſæculorum:
Cumqꝫ reſpondiſſent amen. ecce tumidi
æquoris fluctus reſupinatus omnis poſt
tergũ eorũ refluere cœpit : qa nõ pri' uir
beatiſſimus a ſupplicatione diſceſſerat : ni
ſi omnis illa multitudo in ulteriores ripæ
partes aqua cedente ſe ꝑueniſſe gaude-
ret. Hæc iã ſtirps illa paruiſſima q reman
ſerat paganorũ audiens ipſũ iterũ remean
tem : cum laudibus atqꝫ deuotione pleniſſi
ma excipiẽtes : oẽs uno momento uniuer
ſa ætas & ſex' gratia baptiſmatis cõſecrati
ſunt. Nã & diuerſæ ĩfirmitates ab eo ſana
ri dicuntur : ita ut claudi recipiãt greſſũ :
Cæci uiſum : ſurdi auditũ : & hi qui a ſpiri
tibus ĩmundis uexabantur omnes fuerint
abſoluti. his itaqꝫ per ordinẽ atqꝫ in uerita
te cõpertis feſtiuitatem ei' duplici gaudio
rũ remuneratione locupletatã cognoui ita:
ut cũ tranſitus eius die iduũ apriliũ ꝓ trãſ
migratiõe ueraciter excolat' : poſt octo qdẽ
dies ideſt duodecio calẽdas maias ꝗ poſitio
uenerabili' ad iplet' : qꝗ ſi qñ minie ĩ paſca
eſſe cõtigerit : in his octo diebus paſcalis læ
ticia non deerit. Sed hæc non alia res fecit :
niſi q. epiſcopi qui ad ſancti confeſſoris exe
quias intereſſent longe poſiti uidebãt'. hæc
interim breuiter ut potuimus tenui ſermõe
perſtrinximus

## Vita ſanctæ Mariæ ægiptiacæ.

FVit quidam ſenex in pa
leſtinæ monaſteriis uir-
tute & uerbo decoratus:
qui ex ipis cunabulis mo
naſticis nutritus eſt mo
ribus Zoſimas nomine.
Nullus eni exiſtimet cognominationis no-
mine Zoſime me illum dicere Zoſimã : qui
inter mathematicos aliquandiu detinebat':
ut pote hæreticus : Nam hic alius atqꝫ ille
alius. Multũ eni inter utrũqꝫ (licet uno ap
pelati ſunt uocabulo) interfuit. Hic enim
Zoſimas Orthodoxus monaſticã elegit ui
tam in quibuſdã Paleſtinæ ut dictũ ẽ mo-
naſteriis : totãqꝫ ꝑcurrens patriã conuerſa
tione omniqꝫ uerbo abſtinentia ꝑcipuus re
pertus eſt : ſimul regulã ſibi traditã iuxta
eorũ certamina infans dũ eſſet ſeruauit.
Plura enim adinuenit ex ꝓpria natura qua
liter ſubditã ſpiritui carnem faceret. Nam
ita fuerat certaminibus idẽ ſenex inſignis :
ut pleriqꝫ multotiens in ꝓpinquis mona-

ſteriis aliquando : & in longinquis degen-
tib⁹ ad eius occurreret doctrinā: eiuſq; imi
taretur abſtinētiā : & ab eo informari atq;
erudiri feſtinarēt. Talis eni fuit ſenis hui⁹
oꝑatio uirtutū : ut mediatorē dei aliquādo
ſacris uerbis nunq̄ neglexerit. Reficiēdo
aūt : uel a refectione ſurgēdo oꝑa ab eius
manibus non deſūt. Dicebat ergo hic Zoſi
mas : ꝙ ex ipſis matris ſinibus ī eodē mona
ſterio traditus ēēt : quinquaginta : & tres ibi
dē geſſit ānos mo naſticū curſū perficiens.
Poſt hæc ut retulit iſidias patiebatur a qui
buſdā cogitationibus dicens intra ſe : per
fectus ſum in oībus : aliena doctrina min⁹
egeo : putans ne iueniaꝰ in terra quiſquā
monachus : qui poſſit quicq̄ nouū tradere:
aut ædificare me : qđ neſcio : aut quæ ego
operatus nō ſim monaſtica opera ? uł inue
niri pōt diſertus philoſophus : q ſenſu uel
opere me præcellat ? Hæc ſecum cogitans
pater quidam aſtitit : & ait ad eum : Zoſi-
ma bene quidē in oībus certus es. optime
monaſticū curſū ꝑfeciſti : ueruntn̄ nullus
hominū hēt ꝑfectionē. Nam ſunt & aliæ
ſalutis uiæ quas ſuis apræhendere : egre-
dere de terra tua & de cognatione tua & đ
domo pr̄is tui : ut Habraam ille iter patri-
archas opinatiſſimus & ſequere in quoddā
monaſteriū iuxta Iordanem flumē poſitū
mea ueſtigia. Ergo ſenex ſequēs præcipien
tē egreſſus ē a monaſterio : in quo puſillus
creuerat : Cūq; ꝑueniſſet ad Iordanē ſacra
tiſſimū flumē deductus ē uoce clamantis ī il
lud monaſteriū : ī quo deus iuſſerat eū ue
nire : nāq; atrii regiam pulſauit. Mox ut lo
cutus ē : qdam monachus regias cuſtodiēs:
nunciauit eum abbati. Suſceptus ergo ab
eo cōuerſationē atq; habitū reuerētiæ ei⁹
reſpiciens humi ꝓſtratus : ut monachis cō
ſuetudo ē eū adorauit : Factaq; orone iter
rogatus ab abbate ita : unde cōiunxiſti fra
ter : & ꝓ qua occaſione ad pauperes ueni-
ſti ſenex ? Zoſimas rn̄dit : unde quidē dice
re nō mihi uideꝰ eſſe neceſſarium : ædifi-
cationis cauſa aduenio pater. Audiui eni
ſigna laudabilia ꝑ quæ poſſunt animæ deo
apropinquare. Dixit ad eū abbas : Deus
frater q ſolus fragilitatē humanā curare
nouit : ille te atq; nos doceat ſuā diuinam
adiplere uoluntātē : & ea ꝑagere : quæ op
tima ſunt. Nam homo hominem ædificare
minime pōt : niſi unus qſq; ſe recipiendo
& operando quæ bona ſunt : deū ſibi ꝓpi-
quū faciat ſuis bonis operibus ſociando.
Tn̄ quia Chriſti caritas te uidere noſtram
ſenum paupertatē inuitauit : cōmane no-
biſcū : ſi ꝑ hoc ad nos cōiūgere feſtinaſti :
ſimulq; nos ſatiabit Chriſti dei grā idē pa-
ſtor bonus : qui tradidit aīam ſuā ꝓ nr̄a re
demptione uocauitq; oues ſuas nominati.
Hoc dum audiret Zoſimas rurſus homo fa
ciem inclinauit. Orantes pariter celebra
ta oratione dixerunt amen. Dū autē in eo
dem monaſterio habitaret. Vidit illic pr̄es
uirtutib⁹ & operibus coruſcātes & ſpiritu
feruentes inceſſabiliter pſallentes ſtantes
ꝑ totā noctē ad uigilias manu operantes :
ex ore eorū pſalmi non deſinebant : ſtultū
uerbū ab eis n̄ procedebat : ſæcularia ne-
gotia : uel cauſarū curæ ad eos minime ꝑti
nebant. Annuos redditus uel nomē eorū
nec cognitū hebebāt : ſed unum tantū erat
eis omnibus arduū uotū : ut ſinguli ſe ipos
mortuos facerent corpore : ut poſſent ſæ-
cularia euadere. Cibus uero illis erāt ſpi-
ritalia eloquia. Miniſtrabant autē corpo-
ri : quæ neceſſaria erant panē tm̄ uł aquā :
ut abſiſteret deo referre gloriā inuicem ꝑ
caritatē. Hæc diuina opera dū uideret Zo
ſimas ædificatus ē ualde ꝑficiens in deita-
tis diuinitate ſemper augmenti ꝓprii cur
ſus ſibi cooperantis in uera diuina potētia.
Plurimis aūt tranſactis diebus appropin-
quauit tēpus dierū ſanctorū ieiuniorū ꝑpa
rātes ſe purificationi dn̄icæ paſſionis ſalua
toris nr̄i. Ianua aūt monaſterii nullomo-
do patefiebat. Sed ſemper clauſa manens
ad diuinitatis opera mōachis qetā ꝑſtabat
uitam. Nec licebat eā patefieri : niſi forſi
tan aliquis monachorū ꝓ aliqua re neceſſa-
ria adueniſſet. Deſertus enim erat locus :
& non ſolū uiam tranſeuntibus ſed & ꝓpi
quis incognitus : qa talis regula ab initio cu
ſtodiebaꝰ : & ꝓpterea deus Zoſimā ad hoc
ꝑduxit monaſteriū. Dominico die prima ie
iunii hebdomade omnes iuſta cōſuetudinē
monachi uocabanꝰ. ſancta dei myſteria ſe-
cundū morē celebrare chriſtianorū : & un⁹

quiſq; eorũ ſanctiſſimũ atq; uiuificans cor
pus dñi ſuſcipiebat: paruũq; ſumtes cibũ
congregabant͛ oms ad orone ſolene ſtudio
ſe. Dũ aũt compleret oratione flectẽtes ge
nua ſenes ſe inuicẽ oſculabantur. Deinde
oms amplexantes & pacem dantes abbati.
Rogabant ſibi ab eo orationẽ futuri certa
minis eorũ auxiliatricẽ fieri. his pactis mo
naſterii aperiunt͛ regiæ: ſimulq; pſalẽtes
& dicentes: Dñs defenſor uitæ meæ a quo
trepidabo: & cætera ipſius pſalmi. egre-
dientes oms: unus forſitan tm̃ uł duo cuſto
des in monaſterio remanebant: q infra re
poſita cuſtodirent: qa nec erat: qđ a furi-
bꝰ eriperet͛. Sed ob hoc maxime ꝑdicti cu
ſtodes ibidem relinquæbantur: ne orato
rium abſq; celebratione ſolemni poſt-
poneretur. Singuli aũt eorũ ſecũ defere
bant uitæ tm̃ neceſſaria quæq; poterãt: ali
qui panis parũ ad fragilitatẽ corporis ſuſtẽ
tandã: alii aũt caricas: alii uero dactylos: cæ
teri aũt legumina aquis infuſa: alii aũt ni-
hil niſi ꝓpriũ corpus & palliũ quo ueſtie-
bant͛: nutriebantur uero quotiens natura
cõpellebat hærbis: q̃ ꝑ deſertũ naſcebãt͛.
Igit͛ regula ꝓpria ſibi nouiter: quiſq; eoꝝ
certabat: taleq; habebant imutabile igno-
rare aliũ: quale alius opareṫ certam: eo ꝗ
Iordanẽ mox derelinquẽtes ſeorſũ ab inui
cẽ longe deſcẽdentes ciuitatẽ & habitationẽ
haberẽt deſertũ: nulluſq; alii iũgebat͛. Sed
ſi forſitan unus eoꝝ aliũ eſſe longe ueniẽ-
tem reſpiceret: e ueſtigio diſcedens de ꝓ-
poſita itineris uia ad aliã ſe declinabat ꝑtẽ.
Ita ſolitariã ꝑagebant uitam ſemꝑ pſalen
do & deo gratias agẽdo opportunũ guſtã
tes cibũ. Ita oms dies ieiunii cõplentes re-
meabant in monaſteriũ dñico die ꝑcedente
hebdomodã reſurrectiõis dñi & ſaluatoris
noſtri: quã diem feſtũ palmarũ ſancta cõ
ſueuit celebrare eccleſia: ferens unuſq;q;
eorũ fructũ laboris ꝓpriæ conſcientiæ ad
cognoſcendũ ſe ipſũ q̃liter operatus eſſet:
qualeſq; ſeminauerit fructus. Nulli uero
erat ſolitũ interrogare ꝓximũ ſuũ: quomo
do: uel qualiter pns certam exercuerit: qa
huiuſmodi in mõaſterio regula tradita fue
rat: Vt unuſq;q; eorũ habitando deſertũ:
deo tm̃modo certaminis ſui curſũ demon-
ſtraret: a nullo hominũ glorificari deſyde
rans nullã quærens tranſitoriã & uanã glo
riam aut humanos fauores. Sed ſpiri-
talia operando: Carnalia atq; terrena de-
relinquendo cæleſtia obtineret. Nã i mo-
naſterio hominũ fructuoſis operibus dam
num acquirit͛. Tũc uero Zoſimas iuxta cõ
ſuetam monaſterii regulam ꝑtranſiuit Ior
danẽ parum ſecũ deferens cibi ad ſuſtenta
tionẽ corporis & pannũ qđ induebat͛: & ꝗ
dem regulam ad implebat ꝑtranſiendo he-
remũ. Tempore aũt reffectionis edebat
cibum neceſſariũ ꝓ natura corporis. Sopo
rem uero parũ in terra iacẽs capiebat mo-
dicũ guſtãdo: ubi eũ diei finis occupabat:
atq; i erũ diluculo iter ſuũ ꝑambulabat i-
ceſſanter augumentando curſũ habens de
ſyderiũ ſuũ ꝑtranſire heremũ: ſperãs ali-
quem tandẽ reperire patrem in deſerto:
qui eũ poſſet ædificare iuxta eius deſyde-
riũ. Currebat igitur ſecurus optimã uiã:
ut ei ꝓmiſſum fuerat: feſtinanterq; cur-
rebat: uiginti ergo dierũ ꝑagens iter fa-
cta hora quaſi ſexta parum ſe abſtinuit ab
itineris labore: eleuatiſq; oculis ad oriẽtẽ
conſuetã ſibi celebrabat orationẽ. Solebat
eni ſtatutis diei tẽporibꝰ: ideſt tertia ſexta
nonaq; abſtinere a ſui itineris curſu ora
tionis cauſa: Eleuatiſq; ad ſuꝑna oculis re
ſpiciẽs adexris: uidit in quodã loco ſtare
quaſi umbraculũ humani corporis. Stupe-
factus ac turbatus ualde exiſtimabat phã-
taſma eſſe: quod uiderat: Et ter ſignaculũ
ſibi redẽptionis ſanctæ crucis faciens: &
cõpleta oratione uidit quandã in ꝑte me
ridiana ambulantem nudo nigroq; corpore
ex incẽdio ſolis exuſtam. Capilli aũt capi
tis eius ut lana candidaatq; parui uſq; ad co
lũ deſcẽdẽtes. Hoc cũ uideret Zoſimas ãmi
ratione repletus eſt: & cũ magno gaudio
cœpit currere ad eã partẽ: q̃ ꝑdicta imago
uidebat͛: Nã & illa: quæ a Zoſima uidebat͛
ineffabili exultauit gaudio & læticia: quo
niam uidebat: qđ multo ãnorũ ſpatio mi-
nime reſpexerat hũanæ naturæ ſpeciẽ: nec
cuiuſlibet animalis uel uolucris figuram.
Mirabatur ergo Zoſimas: quæ & qualis
eſſet: quã uiderat: exiſtimans ꝗ magnam
uiderat perſonã. Dũ illa uideret Zoſimã

de longe ad ſe appropiquantē: cœpit cōci-
te fugere in interiora deſerti. Zoſimas ue
ro cōtēnens ſenectutis debilitatē faſtigiūq;
itineris concito eam gradu ſequæbat᷑. Illa
magis magiſq; fugā petebat. Erat aūt Zo-
ſimæ curſus uelocior: & paulatī appropi
ꝗbat ſe fugiēti: ꝓximus aūt ei factus: ut
etiā uox poſſet audiri: cœpit uociferans
Zoſimas tales emittere uoces cū lachry-
mis: ut quid me fugis hominē ſenē & pec-
catorē ſerue dei uiui? Suſtie me: quæcūq;
es. Cōiuro te ꝑ deū: pro cuius amore hāc
habitas heremū: & recipe me debilē atq;
ſenē indignū. Coniuro te per illū: in quo
habes ꝓ tantis laboribus bonā ſpē æternæ
retributionis. colloquere mecum dulcedi
nis ac ſuauitatis uerba: & noli me derelin
quære ſine mutua collocutione: ut me de-
nuo renoues ꝑ eum: q tecū habitat. Hæc
Zoſima cum lachrymis rogante uenerunt
utriq; currentes in quēdam locū: qui locus
ita uidebatur: ꝗſi aliquando torrens inde
curſū habuiſſet. poſitio aūt loci illius ſic
uidebat᷑: coniungētibus aūt eis: ad ꝑno-
minatū locū ꝓcedens illa quæ fugiebat: añ
faciē Zoſimæ deſcendit: & rurſus ꝑ aliam
partē loci illius uidebat᷑ ꝗſi torrentis aſcen
ſus: Zoſimas uero nimiū fatigat⁹ minime
potuit currere. Sed magis aſtans ex una
parte: augēs ſuis lachrymis lachrymas &
flætibus fletus rogabat ædificationis ſibi
īpendi ſermonem. Mox illa quæ fugā pri⁹
petierat: talē emiſit uocem: abba Zoſima
quid me ꝑſequeris? Ignoſce mihi peto:
qa minime poſſum conuertere faciē meam
ad te: eo ꝙ mulier ſum nuda. Sed pallium
quo indutus es porrige mihi: ut corporis
mei uerecondiā contegat: ueniamq; ad te:
& accipiā tuas orationes. Tūc ſtupefact⁹
atq; turbatus ē: eo ꝙ audiſſet ſe uocari ex
noie. Sapiētia aūt repletus diuiaq; reful-
gēs gr̃a intellexit: ꝙ nō eū nominatim uo-
care potuiſſet: quē nunꝗ uiderat uel au-
dierat: niſi qa ſuperna prouidētia ei reue-
lauerat: Statimq; expolians ſe pallio: quo
induebat᷑ uetuſtiſſimo iactauit illi auerſa
facie. Illa uero ſumens illud cinxit ſe: ut
potuit: & cohoperuit partē neceſſariā ſui
corporis. Reſpiciēſq; Zoſimā ait ad eum:
Quid tibi fuit uiſum abba peccatricē ui-
dere mulierē: Aut quid quærens cogno-
ſcere tot tibi impoſuiſti labores? Ille uero
genua flectens obſeruabat: ut bñdictionē
ab ea acciperet: Illaq; humo ꝓſtrata adora
bat eū. Erant uero utriq; i terra ꝓſtrati
īuicem ſe rogantes: ut alterutrū initium fa
cerent bñdictionis. Nullaq; penitus audie
batur uox: Niſi tm̄ bñdic me: bñdic. Et cū
diu in hoc ꝑſiſterent: Rñdit mulier Zoſi
mæ dicēs: Abba Zoſima tibi magis cōceſ-
ſum ē bñdicere: atq; orare: eo ꝙ ſacro præ
ſbyterii fungaris officio. Plurimis enī an-
nis ſacris aſſiſtens altaribus mentē ſanctis
orationibus bene repleſti. Hæc audiēs Zo
ſimas āplius territus atq; ſtupens ait: Cer
te uideo o mater: ꝙ omni ſpirituali gratia
ſis repleta: qm̄ nomen & officiū præſby-
terii deſignaſti ī me: quē nunꝗ uidiſti. Spi-
ritalis enī gr̃a nō propter ordinē uel digni-
tatē tribuitur ſed magis ex bonis moribus
actibuſq; acquirit᷑: ꝑ deū te cōiuro: ut pri⁹
a te benedictionē accipiā: tuaq; oratione ꝑ
frui merear: Dixitq; mulier: Benedictus
dñs redemptor aiarū nrãrum. Zoſimas re
ſpondit: amen: Moxq; erectis ambobus a
terra ait ad ſenem mulier: Rogo te pater:
qd ad me peccatricē cōiūgere deſyderaſti:
aut quid nudā & ab omni bono ope īfirmā
cernere uoluiſti mulierē? Zoſimas reſpon-
dit: Non hoc meæ uoluntatis fuit ſed diui-
næ diſpēſationis munus nos fecit utroſq; ui
dere. Reſpōdit mulier ſicut aſſeris ꝑ diſpē
ſationē diuinam hoc actum ē. Rogo te pa
ter ait: mihi conuerſationē humani gene-
ris dicas: & quomodo ſint reges ul' ſtabi-
litas Imperatorū aut paſtores eccleſiarum
ennarres mihi. Zoſimas uero reſpondens
ait ad eam: Multifaria relinquens: breui
ſermone dicam tibi mater: ꝙ dñs Chriſtus
ac redemptor noſter omni populo ſuo fir-
mam pacem ē dignatus cōcedere: Sed ro-
go te: ut ꝓceris dñm: ꝓ totius ſæculi inſta
bilitate: ſimulq; ꝓ meis peccatis. Reſpon-
dit ad eum mulier: Opportunū eſt & ual-
de neceſſariū tibi abba Zoſima: qui habi
tu: & mente & ſacerdotali ornaris officio
pro oibus atq; ꝓ me peccatrice orare do
minū: qui in hoc uocatus es: Tū propter

præceptionē tuam obedio cum omni uirtu
te: & orabo deū licet pecatrix: & eleuans
oculos ad orientē: & manus erigens ad cæ
los cœpit ſilenter orare ita: ut tm̄ labia ei⁹
mouerent̄: & uox penitus non audiret̄.
unde zoſimas nullū uerbū orationis potu-
it intelligere. Sed hoc deū ſibi teſtē adhibēs
dicebat: qa dū ꝓlixā mulier faceret ora-
tionē: uidit eam in loco in quo ſtabat orās
a terra ſuſpenſam in aere quaſi unius cubi
ti menſura: qua uiſione magno compræſ-
ſus timore: cadenſq; in terrā cœpit ſudo-
ribus inundari: ſtuporibus cōpræhendi:
āmirationibus æſtuare: nihilq; aliud pote
rat dicere: niſi Kirieleyſon. Dū hæc age-
rent̄: Cœpit ſenex magna cum dubietate
anhelare: ne forte ſpiritus eſſet phanta-
ſiæ: & fingendo orationē faceret. Mox
conuerſa mulier leuauit abbatē a terra: &
ait ad eū: Abba quid te conturbant cogita
tiones tuæ in tm̄: ut ſcandalizatus ſis: exi
ſtimans me eſſe imundū ſpiritū orationē
ſimulantē. Satiſfaciat tibi dn̄s: Peccatrix
ſum mulier: tn̄ ſancto dn̄i noſtri Ieſu Chri
ſti baptiſmo induta ſum: & nō ſum ſpiri-
tus: Sed magis terra & cinis: nullaq; habeo
maligni ſpiritus opera. Et hæc dicēs ſigno
redēptionis ſanctæ crucis frontē oculos la
biaq; ac pectus ſibi depingēs dixit: De⁹ oī-
potēs abba Zoſima eripiat nos ab iniquo at
q; maligno antiquo illo hoſte: q aduerſat̄
humano generi: & ſubueniat nobis: qa mľ
ta aduerſū nos cōmouet certamina. Au-
diēs hæc ſenex ꝓiecit ſe in terrā: & cōphē-
dens pedes eius dicebat cū lachrymis: Cō-
iuro te ꝑ chriſtū dn̄m & deū noſtrū: qui na-
ſci ꝓ hominū redēptione de uirgine digna-
tus eſt: ꝓpter quē hāc nuditatē ſuſtines: ꝓ-
pter quē carnes tuas ita afflixiſti: ne abſcō-
das a ſeruo tuo: quæ ſis: uel unde: aut quā
do uel quomodo habitandū hanc heremum
aduenisti: Sed oīa mihi minutius enarrare
digneris: ut manifeſta facias dei magna: &
mirabilia opa: quæ mundus nō eſt dignus
agnoſcere: qa abſconſa ſapiētia: & theſau
rus ocultus: quæ utilitas in utriſq;? Dicito
mihi igit̄ oīa ꝑ deū oīpotentē te deꝑcor: qa
non ꝓ humana gloria a me hoc fit: ſed ut
mihi peccatori & imerito ædificationis cau
ſa oīa patefacias. Credo enim in chriſto:
Cui aiam obtuliſti: qa ideo ad hāc ꝑueniſti
heremū: ut glorificētur ꝑ te opa dei: quia
nullus nr̄m ꝑſcrutari poteſt abyſſū iudicio
rum dei. Si ergo deo nr̄o minime placuiſſet
te mihi fieri manifeſtam: tuoſq; labores
quos in hāc heremum ꝑtuliſti reuelari: ne
quāq̄ te mihi demonſtrari permitteret: nec
me tantos ꝑtuliſſe pateret̄ labores: Dum
hæc & his ſimilia diceret abbas Zoſimas:
mulier a terra eū eleuans dixit ei: Heu me
turpe quidē & oīo pudēdū mihi uidet̄ ab-
ba Zoſima enarrare tibi uerecōdias ope
rum meorū. Sed peto: ut ueniam mihi cō
cedas dicendi: Nudā me uidiſti corpore.
nudos tibi faciā actus meos: ut ſcias: qa
tanti operis obꝓbriū nō gloriā aliquā quæ
rens ocultabā. Ve mihi: nam ꝑ quæ mea
opera habui gloriari: dū fuiſſem uas ele-
ctionis diaboli? Scio eni: ꝙ ſi meorū initi-
um narrationū fecero: fugam petitur⁹ es:
ac ſi fugiat quis a ſerpente: nec poteris au
ribus ꝑcipere: quanta uel qualia ꝑegi fa-
cinora. Tn̄ dicam oīa: nec quicq̄ tibi occul
tum faciam. Sed peto: & precor te pater:
ut indeſinēter ꝓ mea orare miſeria debeas:
ut tuis interceſſionib⁹ merear inuenire mi
ſericordiā in illo examinis die. Tunc ſenex
extēſis manibus copioſius fundebat lachry
mas. Mulier aūt cœpit ſuā narrationē ex-
planare dicens: Ego frater patriā habui
egyptū: & dū mei adhuc ſuꝑeſſēt parētes:
duodecimo anno ætatis relinquēs eos: Ale
xandriā petii ciuitatē: ubi qualiter ab ini-
tio corpus meū corruptioni tradiderim: q̄-
liter ue iugiter inſatiabili libidinū fluxui de
ſeruieri: ſermonibus enarrare minime poſ
ſum. Breuiter aūt abba tibi dicā meæ forni
cationis iniquitatē: Decē & ſeptē & ampli⁹
fere annos publico aſtans loco peſſimū mei
corporis negotiū exercebā: tradēs uolenti-
bus irrecuſabiliter carnis meæ pudorē: re-
pellēs a me omne acquiſitionis lucrū. Vnū
tantū mihi erat lucrū luxurioſā acq̄rere ui
tā. Nam ludus & ebrietatū inſōmnietates
mihi pro theſauris uidebātur. Multotiēs
enim oblatū mihi lucrū recuſabam: ut am
plius req̄rerē peſſimi mei deſyderii ami-
cos: & hoc non quaſi ut locuples: ſed ege

ſtate ꝓm diuitiis reputabã. Vnus uero mihi: & magnus erat ardor deſyderii. ꝓ tellatis conuiuiis luſibus ac iocis inſiſtere: & diebus ac noctibus peſſimã corporalis naturæ iniuriam irrogare. huiuſmodi enĩ obſcenis ac maculoſis operibus meæ iuuentutis expendi uitã. Aeſtiuo igitur tp̃re cõtigit uidere me turbã populi uirorũ ægyptiorum & aliorũ libye regionis currẽtiũ iuxta mamare. Tunc interrogaui quẽdam proxime mihi aſtantẽ uirũ: ubi om̃s illi feſtinarẽt: aut quis illis eſſet itineris curſus. Ille aũt reſpondẽs ait mihi: In hieroſolymã hii omnes feſtinant aſcendere crucis ac redemptionis & aſcenſiõis feſtũ: poſt paucos dies deſyderantes uidere. Tunc r̃ndi ego uiro illi hæc mihi narranti: per deũ te coniuro frater: ſi maluero cũ eis comitari, dabunt mihi licentiã ſimul itineris facere curſum? Ille uero r̃ndens ait: Si nabulum tuũ dederis: & impenſam habueris. nullus eorũ ꝓhibere poterit. Dixitq; ad eũ: uere pater nabulũ: & impenſam minime habeo. Aſcendã aũt in unã eorum nauiculã: & crede mihi nutrient me etiã ſi uoluerit. Nam corpus meũ erit illis ꝓ nabulo. Ideo aũt cum eis comitari feſtinabam: peto ueniam abba: ut haberem amicos peſſimos. & ſordidiſſime uoluptatis. Ego qdem abba Zoſima rogauerã te: ut non mihi imponeres: meos tibi ineffabiles dicerẽ pudores: qa undiq; tremore cõcutior. Viuit dñs: q̃ polluunt in eis ſermonibus nõ ſolũ aures tuæ: ſed ipſe aer: Tũc Zoſimas fortiter lachrymatus dixit: loquere ꝑ deum. Coniuro te: mecũ loquere: ne ꝑtermittas cœptam enarrationis edificationẽ. Illa uero cœpit explanare ita dicens: uir ille: qui a me interrogatus fuerat: quo turba illa ꝓgrederet: Audiens meos ſermones turpiſſimos ſurridens abiit. Ego uero uelociter ad mare curſum dirigens: uidi iuuenes in littore maris ſtantes numero decem luſum & motionẽ uanæ iuuentutis habẽtes: & expectabãt ſodales ſuos nauigatores: Nã plurimi iam ĩ nauiculam aſcenderant. Ego aũt importune in medio eorũ aſtiti dicens: Ducite: & me uobiſcũ: quo ambulaturi eſtis: & nequaq̃ uobis uidebor inutilis. ducentes aũt me ſecũ aſcendi cũ eis in nauiculã: ſuſtinebant autẽ comites: qui & feſtinanter cõiunxerunt. Tunc nauclerus terræ funibus ligatã nauiculã ſolui ꝑcepit: & eleuatis uellis exinde noſtri nauigii fiebat initiũ. Tota itaq; nauigatio erat mihi luſus & ebrietas & adulteria & ridicula ac turpia uerba uel his ſimilia: quæ lingua tibi explanare minime poteſt: nec patiunt aures audire eos qdẽ ſermones: quos in eadẽ nauicula peſſima locuta ſum: a qbus maliciæ operibus nec terror maris nec ꝓcellarũ fluctus me corrigebant. Sed magis ac ſi per terram iter iter agẽs: ita augumentũ mihi uitæ ꝑdigioſæ creſcebat: ut nõ ſolum ipudicos ſed etiã honeſtos uiros ad meã miſeriam inuitarẽ. Eratq; animarũ eorũ ꝑditio & lacus eorũ erat mea crudeliſſima caro. Vnde ſemper ãmirans ſtupeo: quomodo meas ſuſtinuerit mare iniquitates: aut quomodo terra os ſuũ nõ aperuit: & uiuam me infernus non abſorbuit: Sed ut uideo miſericors deus meã ſubſtinuit pœnitentiã: quia nõ delectat ſuper mortem peccatoris: ſed magis manet longanimis pœnitentiam expectando. Sic enim cũ ſũmo feſtinatiõis ſtudio appulimus hieroſolymæ. Et quantos dies ante feſtiuitatem crucis in ciuitatẽ fecimus ſimilia operata ſum: & ut ueri⁹ dicam p̃teritis faciebam deteriora ãplius inſaniens in multorũ hieroſolymorũ uirorũ ꝑditionem. Cum appropinquaſſet autem ſanctæ crucis & aſcenſionis feſtiuitas: ego ut mihi erat conſuetudo gyrabã totã illam ciuitatem animas inocentiũ uenando. Videbam autem diluculo hoies ad eccleſiam concurrentes & ego cum currentibus comitari cœpi: perueniq; ſimul cum eis uſq; ad regias atrii: & cum appropinquaſſet hora aſcenſionis diuine & adorandæ crucis: ego repellebar iterum atq; iterum. & non permittebar ingredi cum turba. Volens autẽ me iungere regiis per quas in ſacrum templum ingreſſus erat per quas & ſalubris ſanctæ crucis aſcenſio monſtrabatur. uix cum magno flætu cum labore appropiquabã. Ego miſerabilis quando lumina regiæ pedibus calcabam: alii omnes facilius

ingrediebant͛ me autẽ diuina quædã uirtus ꝓhibens uetabat ingredi ianuas regias: & iterato repellebar atq; minabar in tantũ: ut ſola in atriis aſtans inuenirer. Exiſtimans igit͛ ꝙ ex fœminea debilitate hoc mihi cõtigeret: iteraui cũ aliis. Sed amplius ab igreſſione repellebar cupiens introitũ adipiſci. Laborabã enim inanis: & uana mihi fiebat feſtinatio: dũ quando pedẽ in limite ponerem: alios tẽplũ infra ſuſcipiebat nullo impediente. me uero ſolã nullo modo recipiebat & tanq̃ militaris acies eſſe me inſiſtens & ingredi nõ ſinebat: ſed iterata uice foras ad atriũ repellebar. Dum hoc mihi frequẽter cõtingeret defecta uiribus ac diſſoluta mẽbris ita ut nec ſtandi mihi uirtus ſuſtineret poſtpoſitis omnibus in quendã angulũ tẽpli ſeorſũ receſſi tractans mecũ unde hoc mihi aduenirſſet: eo ꝙ tẽplum minime igredi potuiſſẽ. Tandẽ aliquãdo intellexi: ũde talis aduenerit cõtrarietas adorandi mihi lignũ uiuificationis ſanctæ crucis. Salutis enĩ uerbũ patefecerat cordis mei oculos reuelãs mihi obſordes opũ meoꝝ igreſſũ tẽpli nõ promereri. Tũc cœpi miſerabilis flære pectuſq; manibus tundere: & ex alto cordis infinita grauiter dare ſuſpiria: lachrymaſq; affluenter effundere. Reſpiciẽs aũt de loco in quo ſtabam: uidi ſeorſũ fixã imaginẽ uultũ habentẽ ſanctæ dei genitricis: ad quã ex toto cordis affectu dixi: Sancta dei genitrix uirgo: quæ dominũ uerbo icarnatum genuiſti: ſcio ꝙ imerita ſũ tantis polluta ſordibus & tantis luxuriis repleta reſpicere imaginẽ tuã ſed certa ſũ: ꝙ ideo dominus quẽ genuiſti homo dignatus eſt fieri: ut peccatores uocaret ad pœnitentiam. Auxiliare ergo mihi ſancta dei genitrix: quia nullũ habeo ſolatiũ & præcipe me regias ſanctæ itroyre eccleſiæ. Obſecro te domina: Vt cõmunicare me facias. Videntibus ſanctæ crucis uenerabile lignũ: in quo carne affixus eſt deus: quem tu ſancta & imaculata genuiſti uirgo: qui ſuũ ꝓ redemptione totius mũdi effudit ſanguinẽ. Iube itaq; domina patefieri mihi clauſas regias meũ adimpleri deſyderiũ adorandi ſanctiſſimũ lignũ crucis. deduc me corã domino: quẽ genuiſti: qđ denũo carnẽ iſtã ſordibus & peſſimis nõ maculabo opib⁹. ſed mox ut me lignũ ſanctæ crucis adorare cõceſſeris: renũtiabo ſæculo & omnibus quæ ſũt ſæculi: & uadã quo mihi præceperis: ac demonſtraueris ſalutis uiã: ĩquam tu deduxiſti. Hæc dũm dicerẽ ſatiſfeci menti meæ: ꝙ ſãcta dei genitrix poſſet pro me omnia obtinere. Derelinquẽs ergo ſtatĩ locũ: in quo orabam: miſcui me inter eos: qui templũ ingrediebantur: nulluſq; repertus eſt: q me foris repelleret: ſed magis ut unda maris ita me turba miro impellebat: ut a ꝓpinquarẽ ſancto loco: quẽ prius nec pedibus calcare poterã. Tunc ex nimio gaudio appræhendit me pauor: dũ me uiderem locis aſtare ſanctis: quo prius iniquitas mea me ingredi prohibebat. Nã abſq; ullo labore adoraui lignum ſanctæ crucis: & ſenſi ibi ſuauitatem odoris: & merui uidere omnia ſãcta dei miſteria: Et regrediẽs ad illã quæ me fide deduxerat feſtinabam. appropinquans igit͛ ad locũ in quo ꝓmiſſionẽ fide dictionis ſanctæ dei genetrici fecerã. Flectẽs genua his cœpi ſermonibus loqui: Tu mihi dña miſerta es: meaſq; preces non repuliſti: ꝑ te merui uidere gloriã dei: quã peccatores reſpicere non poſſunt. Per te glorificaui dñm peccatorũ ſuſcipiẽtẽ pœnitentiã. Quid amplius quæram: q̃ ꝙ merui uidere diuina mirabilia. Appropinquauit o dña tẽpus: in quo mea debeat ſuppleri ꝓmiſſio. Nunc ergo quo tibi placet: dirige me: & demonſtra mihi pœnitenti uiã ſalutis. Dũ hæc dicerẽ: audita eſt uox dicentis: Si Iordanẽ tranſieris ſaluaberis: & bonã Inuenies requiẽ. Ergo dũ talem audiſſẽ uocẽ: credens eam ꝓpter me illa dixiſſe: eleuaui uocẽ cũ lachrymis: & ita dixi: ſanctæ dei genitrici: domina mea ne me derelinquas: neq; deſeras: ſed iugiter cuſtodiens tuere: ubi tu uis me ire: Et hæc dicens egreſſa ſũ de terris templi: & uidens me quidã ſenex obtulit mihi pro eleimoſyna tria minuta dicẽs: Suſcipe mater: Ex quibus minutis cõparaui tres panes: quos mecũ pro benedictiõe in uia detuli: Interrogauiq; uirũ illũ a quo panes emerã: ubi uel quæ eſſet uia uolentibus ad flumen Iordanis ambulare: qui oſtẽdit mihi portã ciuitatis: per quam itur ad

Iordanem : exinde uero egrediēs initiū uiæ
cū lachrymis faciebam. Erat aūt hora quaſi
tertia : quando lignū crucis adoraui : & ante
ſolis occaſū appropinquaui oraculū ſancti
Iohannis baptiſtæ ſup ripam Iordanis poſi
tum. Mox faciem uel pedes ex ipſius aqua
fluminis laui : & ſacro ſancta myſteria me
rui in eodē ſancti Iohannis baptiſtæ ꝑcipe-
re monaſterio : Ibiq; panē dimidium edēs :
bibenſq; aquā Iordanis terræ me collocaui.
Alia uero die aſcendēs nauiculā tranſfreta
ui Iordanē enixius precata ſanctā & imacu
latā dei genitricē : ut mihi uiā ſalutis ſicut
ei placeret oſtenderet : Perueniq; in here
mū & ex illo tēpore uſq; nunc ſemper elō
giui homines fugieudo : habitans in deſer
to expectanſq; dominū meum : qui ſaluos
facit ſe ad eū conuertentes. Zoſimas autē
ait ad eam : Quot anni ſunt domina mea :
ex quo hanc heremū habitas ? Reſpondit :
quadragita & ſeptē ut exiſtimo anni ſunt :
ex quo ſanctā egreſſa ſum ciuitatē. Dixit
ei Zoſimas : quid iueneras : aut inuenis ci-
borū : ex quo hoc deſertum habitare cœpi
ſti ? Mulier reſpondit : duos quidē panes
& dimidium mecū ferebā : quando Iorda-
nem tranſiui qui per tēpora quaſi lapides
duri facti ſunt. Ex his modicū comedendo
aliquot trāſegi annos : Dixit ad eam Zoſi-
mas. Et ſic abſq; ullo labore tot annorum
ſpatia euaſiſti : uel ſubita conuerſationis
mutatio non tibi icuſſit labores ? Reſpon
ditq; mulier : Cauſam me nūc interrogaſti
abba Zoſima habentē terrorē. Nam ſi uo-
luero recordari nūc pericula : que ſuſtinui
atq; inſidias cogitationū : timeo ne rurſus
mihi renouentur. Zoſimas dixit ad eā : ni-
hil derelinquas domina mea : qđ nō mihi
patefacias : ſed ſemel te ſuppliciter adiura
ui : ut omnia me minutius doceas : Illaq;
reſpondit : Crede mihi abba Zoſima : ꝗ de
cem et ſeptē annos in hoc deſerto cūm imā
ſuetis cogitationū beſtiis trāſegi carnalib⁹
reluctās cogitatiōib⁹ : Dū recordabar afflue
tiæ ꝑteritoꝝ ciboꝝ : deſyderabā carnes uł pi
ſces quos ātea i ægipto comederā. Delecta
bar potu uini iſatiabilr : m̄lto eni uino ute
bar : dū fuiſſē i ſæculo. Delectabāt me ne
faria cantica dæmonū : quæ antea didicerā :
ſed mox lachrymas fundebā : & manibus
pectus uulnerabā. Reducebam ad memo-
riā illam quā mihi fide uictricē fecerā : dū
hanc ingrederer heremū : & quaſi ante dei
genitricis aſtarē imaginem : ita eā lachry-
mabiliter orabā : ut amoueret ſordidas ac
peſſimas cogitatiōes mētis meæ : & dū plu
rimas fūderē lachrymas : undiq; mihi reful
gentē uidebā lucē : atq; claritatis circunda-
bar choro. Rurſū mihi inſidiabant̄ forni-
cationū mearū cogitationes : quæ quaſi ignis
uæhemens ita deuaſtabāt uiſcera cordis mei
impellentes me ad ꝑniciosa deſyderia. Dū
uero talia mihi certamina tēptationū indeſi
nenter inſiſterēt : ad conſueta orationis re-
currebam arma terræ me ꝓiiciens : eāq; la-
chrymis inundans eā mihi orabā ſuccurre-
re. Dicerē ne poſtmodū : ut ꝑuaricatrix dā-
pnationis extremæ luerē pœnas. Non aūt
prius eleuabā faciem meā a terra : donec to
tum diei noctiſq; fuiſſet cōſumatū ſpatiū :
& dulciſſimi illius ſplendoris fuiſſē lumine
circundata : qui totam illā cogitationū tem-
ptationē fugaret : ſicq; ſanctæ fide ductricis
meæ ꝓtecta ſolatio tranſegi decē & ſeptē
annorū ſpatia : inumera euadēs pericła : &
ex illo tēpore uſq; hactenus auxiliatrix mea
ꝑſto mihi inuenit̄ : quæ ubiq; & undiq; ui-
gilās cuſtodit me. Dixit ad eā Zoſimas : Nū
quid eguiſti ulterius uictu atq; ueſtimēto ?
Illa reſpondit : Illis ut dixerā expenſis pani
bus per decem & ſeptē annos comedebam
hærbas : quæ in deſerto iueniebātur. ueſti
menta autē mea cum quibus Iordanē trāſ-
greſſa ſum diruta atq; putrefacta ſūt. Nā
ualde pluinis hyemalibus uel æſtiuis ardo
ribus tribulata ſum. Ab illo enim tēpore
uſq; nunc diuina miſericordia eripuit cor-
pus & animā meā a cunctis periculis : Fitq;
mihi recordanti quanta mala quantaq; peri
cula per diuinā euaſerim gratiā magna læ-
ticia & ſpes creſcit ſalutis. Cibus potuſq;
ac ueſtimentum mihi eſt uerbū dei : quo-
niam nō in ſolo pane uiuit homo ſed i omni
uerbo : quod procedit ex ore dei. Nā dicit
ſcriptura : non habentes indumentū iduc̄t
lapide pro ueſtimento : qui ſe ueſtimēto
expoliauerūt iniquitatis. Hæc audiēs Zo
ſimas ꝙ ex teſtimoniis diuinaꝝ ſcripturaꝝ

locuta ēēt ait ad eā: O dn̄a pſalmos aut alios
diuinæ ſcripturæ libros legebas? Ait ad eū
mulier: Crede mihi homo dei: quia non ui
di aliū hominē ex eo tempore: quo tranſ-
fretaui Iordanē niſi tantū tuā præſentiā:
ſed nūc beſtiam qualēcūq; uel animal: litte
ras uero nunq̄ didici: neq; aliquando pſalē
tem aut legentē audiui: ſed uerbum dei ſē
per uiuens omnem me docuit ſcientiā. Ec-
ce explanaui tibi mea opera o pater: ſed
ſicut antea rogaui: & nūc rogo te: atq; cō-
iuro per dei uerbū īcarnatum: inceſſabili-
ter digneris orare pro me peccatrice apud
dominū. Dum hec dixiſſet mulier comple
uit uniuerſos ſermones ſuos: flectens ue
ro ſenex genua in terrā: uocē cum lachry
mis eleuauit dicens: Benedictus dominus:
qui facit mirabilia magna glorioſa atq; ter-
ribilia: quorū non eſt numerus. Benedi-
ctus es domine deus omnipotens: q mihi
peccatori reuelaſti omnia bona: quæ do-
nare dignatus es timentibus te: quia nūq̄
derelinquis quærentes te. Illa uero eleuās
ſenem a terra dicebat: hæc omnia quæ au
diſti a mē homo dei per ſaluatorē te cōiuro
Chriſtū dominū: nulli ea loquaris: quo-
uſq; deus me de terra aſſumi iuſſerit. Nūc
igitur uade in pace: & iterum uēturo anno
uidebis me: & uenies ad me dei gratia te
comitante. Rogo autē te per dominū: ut
in ſāctis ieiuniis futuro anno minime trā-
ſeas Iordanē iuxta conſuetudinē monaſte
rii. Audiens autem Zoſimas: q & ſolem
nem regulam monaſterii ei nuntiaſſet:
āmirans nihil aliud dicebat: niſi gloria tibi
domine: qui magis præſtas diligentibus te.
Illa autem ait ad eū: Habita: ut dixi in mo
naſterio: & non egrediaris iuxta regulam
quia non permitetur tibi: & ſanctæ ueſpe
ræ cænæ dominicæ ſacroſanctū corpus do-
mini noſtri Ieſu Chriſti in uaſe mundiſſi-
mo pone: afferq; mihi expectans me in il
la parte Iordanis iuxta locū: ubi me uenie-
te ſuſcipiā uiuificationis myſteria: quia ab
illa die qua ad oratoriū ſancti Iohānis ue-
niens priuſq̄ tranſirem Iordanem cōmuni
caui uſq; nūc minime ſacri corporis uel ſā
guinis domini noſtri Ieſu Chriſti percepi
miſteriū. Sed me peccatricē deprecantem
te o pater ne deſpicias: mihi quoq; ſacra
miſteria ꝑ quæ dn̄s ſuos diſcipulos illius ſa
cratiſſimæ cænæ participes fecit deferas.
Abbatem autē Iohannē primum monaſte-
rii i quo habitare uideris cōmone dicēs: Cau
tior eſto frater mi: & ſollicitus erga cōgre
gationem tuā: eo q aliq ibidē operanť: quæ
neceſſaria ſunt emēdari. hæc dicēs: adiecit:
Ora pro me dn̄e pater: petiitq; interiora de
ſerti. Abbas aūt Zoſimas flectēs gēua oſcu
labať terrā: in qua ſancta dei pedibus ſtete
rat: & glorificans dn̄m regreſſus eſt plen⁹
aiæ gaudio & læticia ſpiritus collaudans: &
benedicēs dn̄m Ieſū chriſtū remeāſq; de he
remo eodē die ad ꝓprium rediit mōaſteriū:
quo ſoliti erant monachi remeare: Et toto il
lo anno ſiluit: nullū alicui uerbū dicēs de
eis: quæ uiderat, delapſo aūt āni circulo ſu
peruenientibus diebus in ieiunii prima do-
minicorū die poſt ſollemnē orationem alii
omnes iuxta regulā egredientes pſallebāt.
Zoſimas autē leuibus tractus febrib⁹ egre
di a monaſterio minime potuit. Sicq; recor
datus eſt uerborū ſanctæ mulieris: quibus
dixerat: quia ſi egredi de monaſterio uolue
ris: minime tibi licebit: Tranſactis autem
paucis diebus confortatus ex egritudine de
gebat in monaſterio. Appropinquante ue
ro die ſacratiſſimo cæne dominicæ feſtinās
præceptis parere ſāctæ mulieris: detulit ſe
cum in paruo calice ſacramenta corporis &
ſāguinis domini noſtri Ieſu Chriſti: ſumēs
& ſecum aliquot dactilos caricas lentemq;
aqua īfuſa: & facto ueſpere peruenit ad ri
pam Iordanis fluminis expectans præſen-
tiam ſanctæ mulieris: quæ quidē dum mo
ram faceret: Zoſimas reſpiciebat ad deſer
tum expectans cernere: quā deſyderabat
dicens in ſemetipſū: Forſitan mea peccata
ꝓhibuerūt eā ad me uenire: aut certe ꝑceſ
ſit me in hunc locū: me aūt non inueniēs re
meauit. Hæc dū cū ſūmo cordis mærore di
ceret plorās: in cælūq; eleuans oculos dn̄m
his uerbis rogabat: Dn̄e de⁹ rex omniū crea
turarū ne fraudes me uidere iteꝝ eā: quā
cernere deſydero: neq; uacuū me derelin-
quas: & his dictis cœpit cogitans dicere:
Quid faciā ſi ſancta uenerit mulier: eo q
naucula minime repiť: q̄liter hūc Iordanē

poſſit tranſire : ut ad me ueniat peccatorē. Væ mihi indigno quomodo fraudatus ſū tā ti deſyderii bonitate? Dū hæc tacitus diceret : ecce ſācta affuit mulier : ſtanteq; ſuꝑ ripa fluminis uidit eā Zoſimas : & ꝑgaudio exultabat glīficans dn̄m : cogitāſq; quonā pacto poſſet mlier Jordanē trāſire reſpexit & uidit eam ſignaculū ſanctæ crucis facien tem ſuper aquis Iordanis pedibuſq; ſuper eas ambulare : & cœpit ipſe ſibi occurrere feſtinanter. Ipſe aūt ut uidit eiuſmodi miraculū : ꝓnus in terrā adorare eā uolebat. Illa aūt uociferando cōpeſcebat eū dicens : Vide ne facias abba Zoſima : dū tu ſis ſacerdos & ſancta portes myſteria : & hoc dicēs tranſiit ſuꝑ aquas : ꝑuenitq; ad ſenē : & ait : Benedic me pater. Benedic me pater. Ille uero cōtremiſcēs ait : Certe ſcio : ꝙ ueritas non fallit : quia ſibi ſimiles promiſit quanta uirtus eſt eis : qui ad ſe mūdo corde cōfugiunt. Gloria tibi Chriſte domine noſter : qui me nō fraudaſti deſyderio cordis mei : neq; abſtuliſti miſericordiā tuam ame : ſed reuelaſti mihi ꝑ hāc famulā tuā : quantum a me diſtant uiæ ſalutis uł integritatis. Hæc illo dicente petiit eum mulier ſacratiſſimum ſibi dicere ſimbolū ſeu dominicam orationē : Finitaq; oratione dedit ſeni pacem : ſicq; ſacroſancta myſteria ſūpſit : Extendenſq; ad cælum manus dixit : Nunc dimittis famulā tuā domine ſecundū uerbū tuū in pace : quia uiderunt oculi mei ſalutare tuū : Dixitq; ad ſenem : peto : ut aliud unū adimpleri facias deſyderiū meū : & nunc quidem ꝑge ad monaſteriū cū pace. uenturo aūt anno uenies in locū : ubi pri⁹ locuta ſū : ſed modis oībus rogo te iterū & cōiuro per dominū : ut uideas me : qualiter deo placuerit. ille uero reſpondēs ait : precor te : ut concedas mihi : quod te in præſenti rogo : quatinus modicum guſtare digneris de iis : quæ mecū attuli. Illa uero tria grana lentis aquæ infuſa cū gratiarum actione percepit dicens : Sufficiat nobis ſpiritus ſancti gratia : ut conſeruare poſſim⁹ dei præcepta inmaculate : Addenſq; ora ꝓ me abba per dominū te coniuro : & mei memor eſto. Ille uero iactans ſe eius pedibus dicebat : Ora inquit domina pro ſanctis dei eccleſiis uel chriſtiani imperii incolumitate : atq; pro me peccatore : & iuicē ſibi uale dicentes ſignū ſanctæ crucis faciens mulier Iordanē ut prius fecerat pedibus tranſiit. Senex uero regrediens repræhendebat ſe ipſum : ꝙ nomē ſanctæ mulieris minime requiſiſſet. Tranſacto igitur anno ad heremū iuxta conſuetudinē properare Zoſimas ſtudens ambulanſq; conſueto numero dierum ad locum peruenit mirabilē ſperās aliqua⁹ ſui deſyderii ſigna reperire : Videnſq; nullum ad ſe uenientē cœpit faciem lachrymis rigare dicens : reuela mihi domine Ieſu Chriſte theſaurū tuū : quē fures furari non poſſunt : quē in hac heremo occultaſti. Demonſtra mihi corporeū tuum angłm : quem hoc ſæculū nō eſt dignū cognoſcere. Dum hæc orans diceret : peruenit ad locū : qui quaſi torrens fuerat : Viditq; in parte illius torrentis ueluti ſolem orientem : ubi corpus ſanctæ mulieris iacebat exanime pedibus ac manib⁹ ita diſpoſitis : ſicut oportet diſponi mortuos : reſpicienſq; in partem orientis uidit eā Zoſimas & currens gradu concito eius ſanctiſſimos pedes lachrymis rigare cœpit nullā aliam partem corporis uel tangere præſumebat : cœpitq; opportunū pſallere canticū : & orationem offerre ſollemnē : ſecumq; cogitabat dicens : Ego quidem ſepelire uolebā corpuſculum ſanctū. ſed timeo : ne ſanctæ mulieri hoc diſpliceat. Hæc eo cogitante uidit litteras iuxta caput eius in terra deſcriptas continentes ita : Sepeli abba Zoſima in hoc loco miſeræ Mariæ corpuſculū : & redde terræ puluerem ſuū : & ora pro me ad dominū : cuius præcepto miſſus es menſe aprili ſū de hoc aſſumpta ſæculo. Repletus autem ſenex gaudio magno : eo ꝙ per ſcripturā cognoſcere eius nomē potuit certus fact⁹ : quia poſtq̄ ad Iordanē ſancta dei percepat myſteria : mox in eundē cucurrit locū : in quo uitā finiuit : Illudq; deſertū quod Zoſimas per uiginti dierū ſpatia uix ambulauit illa ſancta mulier una hora peragrauit : & ad dominū migrauit. Tunc Zoſimas intra ſe dicebat : Tēpus eſt mihi adimplere præceptū ſed qd faciā miſerabilis : ignoro qualiter enim terram fodere poſſim omnino nō

habeo & cum hæc diceret uidit paruum in terra iacens lignum quod accipiens cœpit cū eo terrā fodere. Erat autem duriſſima & nullo modo fodiebaẗ. Laborabat Igiẗ ſenex pfuſus ſudoribus: & ſuſpirans ex intimo cordis affectu: aſpexit leonem magnū aſtantē iuxta pedes eius: & oſculantē ueſtigia eius: quē ut uidit Zoſimas tremefact⁹ eſt recordatus ſermōis Mariæ: quē dixerat: ut nūꝗ ferā i eadē uidiſſet heremo: & ſignās ſe uenerabili crucis ſignaculo credidit qđ non ei noceret leo ꝓpter uirtutē ſancti illi⁹ corporis. Leo aūt cœpit inuere: oſtendēs ſe illi manſuetū. Zoſimas uero ait ad eū: ſancta hæc mulier pcepit hoc loco ſepeliri ſuū corpus: & ego cū ſim ſenex minime poſſū terrā fodere: quia nec habeo ad hoc opus aptū ferramētū. Sed tu aſſume hāc operā: & fode terrā: ut poſſimus ſanctū ſepelire corpus. Mox leo cœpit pedibus ſuis terrā fodere ad ſuſcipiēdā corporis depoſitionē. Tūc deponēs eā Zoſimas: terra cohopuit aſtāte ſecū leone nudā: ut ante fuerat, niſi panno rupto quē ei Zoſimas iactauerat ad corporis neceſſariā partem cohoperiendā. Deſcendente uero utroq;: leo quidē ut agnus manſuetus deſertum petiit: Zoſimas autē regreſſus eſt unde uenerat benedicens & hymnū dicens deo: perueniensq; ad monaſterium omnia monachis narrauit: nihil eis abſcondēs de eis: quæ uiderat & audierat: quæ monachi audientes glorificauerunt deum cæli: qui tanta facit mirabilia. Magnoq; cum honore āniuerſariā celebrāt depoſitionē ſanctæ mulieris. Abbas autē Iohānes repperit aliquos in ſuo monaſterio repræhenſibiles neceſſariā habentes emendationem: quatinus uerba ſāctæ mulieris adiplerentur. Habitauit autē abbas Zoſimas in eodem monaſterio uenerabilē ducēs uitā glorificanſq; & collaudans dominū: qui ſe toto cordis deſyderio quærentibus nunc ianuam aperire dignatur: & repletus deſyderii uolūtate de hoc ſæculo migrauit ad dominum.

Prefatio ſancti Bernardi abbatis clareuallenſis: in uitam ſancti Malachiæ epiſcopi.

ſ

SEmper quidē opere pretium fuit illuſtres ſanctorū deſcribere uitas: ut ſit in ſpeculū & exemplū ac quoddam ueluti condimētum uitæ hominū ſuper terrā. Per hoc enī quodāmodo apud nos etiā poſt mortē uiuunt: multoſq; ex his qui uiuentes mortui ſunt ad ueram prouocant & reuocant uitā. Verum nunc maximæ id requirit raritas ſāctitatis: & noſtra plane ætas inops uirorū. Quam ſane inopiam ſuper nos adeo īualuiſſe uidemus: ut nulli ſit dubiū illa ſentētia nos feriri: quoniā abundabit iniquitas refrigeſcet caritas multorū. Et ut ſuſpicor ego: aut preſto aut prope eſt: de quo ſcriptum eſt: faciem ei⁹ præcedit egeſtas. Ni fallor Antichriſt⁹ eſt iſte: quē fames ac ſterilitas totius boni & præit & comitaẗ. Siue igiẗ nūtia iā pſentis ſiue iam iamq; affuturi prænuncia egeſtas in euidenti eſt: Taceo uulgus, taceo uilem filiorū huius ſæculi multitudinē: in ipſas eccleſiæ colūnas uoluo oculos leues. Quē mihi oſtendas uł de illorū numero qui uidentur elati in lucē gentiū: non magis de ſublimi fumantē quā flāmantē? Et ſi lumen qđ in te eſt inquit tenebræ ſunt: ipſe quantæ ſunt tenebræ? Niſi tu illos forte qđ non credo lucere dixeris: ꝗ quæſtū exiſtimant pietatē: ꝗ in hæreditate dn̄i non quæ dn̄i ſed magis quæ ſua ſūt ꝗritant: Quid dico quæ ſua ſunt? Perfectus ſit & ſanctus etiā ſua quærens: ſuaq; retinens: ſi ab alienis cor manuſq; contineat. Meminerit tam qui ſibi uſq; huc forte ꝓueniſſe uidetur: eundē exigi ſanctitatis gradū & ab ethnico. An non milites ſuis iubentur contenti fore ſtipendiis: ut ſalui fiant? Magnū uero eccleſiæ doctorē: ſi ſit ſicut un⁹ militū: aut certe qđ ad illorū improperiū ꝓpheta loquiẗ: ſi ut populus ita & ſacerdos fuerit. oh deformitatē. Ita ſūmus merito reputādus erit: qui ſūmo corruens gradu hærebit infimo: ne abyſſo abſorbeaẗ? Quā rarus tū iſte ipſe in clero. Quem itē das mihi contentū neceſſariis contemptorē ſuperfluorum? Lex eſt tāmen prefixa ab apoſtolis apoſtolorum ſucceſſoribus. Victum & ueſtitū habentes inquiunt his cōtenti ſum⁹